

quàm iniquis modis vexetur Cartesiana Methodus, quam nos sapientissimè excogitam ex utilissimè traditam superioribus Exercitationibus ita evicimus, ut manu quasi palpari queat.

4. Interim homo ille animosus in cavillando me provocat in fine sui libri quem vocarit THEKEL uti sequentia, scilicet Cartesiana, defendam, *quali a sunt* 1. *de rejecta è philosophicis causa finali.* 2. *de negatis accidentibus & formis, maximè animabus brutorum.* 3. *de abrogata omni sensibus fide.* 4. *de existentia divine demonstratione per ideam.* 5. *de Dei veracitate.* 6. *de animæ humane natura & immortalitate.* 7. *de immensis spatiis, imaginariis quidem, sed tamen (quod mirum est) realibus.* 8. *de materia corporea eadem replente.* 9. *de mundi productione citra creationis miraculum.* 10. *de spontaneo ortu animantium, & ex parte, ipsius hominis &c.*

5. Respondeo, de his omnibus quid sentiat Cartesius, & quàm rectè sentiat, demonstratum esse, de primo quidem à Clariss. Dn. Andréæ parte prima Assertionis Methodi; de secundo à me & in hoc libro & in Logicæ parte quarta, ubi de Anima & Vita prolixè; de tertio tum in hoc scripto, tum in Initiatione philosophi; de quarto in hoc libro & in
Logi-